

AD AESCHYLI
PROMETHEA VINCTVM

Folia circiter octo in codice perierunt usque ad versum, qui statim notatur.

- Verf. 268 οὐ μὴν τι] In codice est τοι pro τι. Sed ratio versus Iambici breuem hic requirit syllabam.
- 274 πείθεθε συμπ] Post alterum hoc πείθεθε librarius metri non curiosus ex antecedentibus repetiit μοι.
- 293 γνώση δὲ τὰδ'] Omittitur δὲ, et pro οὐδὲ est οὐ, et ante χαριτογλ. interpolatur σε contra sensum: et neglecta particula δὲ soluit vincula orationis.
- 309 μεθάρμοσαι] MSti μεθάρμοσον videtur praefendum vulgato, quod ex similitudine antecedentis παραινέσαι fictum esse arbitror. Caeterum Scholiastes MS. recte quidem νέεσ explicat per ἑτέρης, sed perperam opinatur intelligi εἰς.
- 313 κλύοι] MS. κλύει, sed ἀν̄̄ repudiatur indicativum.
- ibid. ὡςέ σοι τὸν νῦν χόλον παρόντα μόχθων παιδιὰν εἶναι δοκεῖν] Simile est illud Terentianum Eun. II, 3, 8: *Hic vero est, qui si occeperit, ludum iocumque dices fuisse illum alterum, praeut huius rabies quae dabit.* Cf. Pet. Victor. Var. Lect.
- VI, 13. Caeterum accusatiuus MS. μόχθον minus probatur.
- 320 κακοῖς] MS. κακῶν, quod ut exquisitius praefendum puto datiuo ex interpretatione orto. Nam εἶκεν interdum genitiuo iungi constat.
- 323 πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτείεν] H. e. interprete Scholiaste, βλάπτειν ἑαυτόν. Cf. Actor. Ap. IX, 5.
- 333 εὐπιθής] MS. εὐπειθής, versus repugnante.
- 340 ἔδαμῃ] MS. ἔδῃ μῆ.
- 343 θέλεις] MS. θέλοισ, haud male, cum ob sensum tum ob vim particulae εἰ.
- 345 MS. reponit ἐγὼ γὰρ εἰ δυστυχῶ, τοῦδ' ἕνεκ' εἰ, perperam: et μοχ πλείστῃς pro πλείστοισι, vitiose.
- 348 ἐσπέρης] MS. ἐσπερίσ minus ferri potest, quam versus 355 γαμφηλήσι.
- 363 παρήγορον] MS. παρῶρον, versus inuito.
- 368 ἀγρίαις] MS. ἀγρίοις, sed γνάθοις poscit vulgatum.